IV.

Ansbert's Erzählung von der Kreuzfahrt des Kaisers Friedrich I.

Der gelehrte Herr Abbé Dobrowsky zu Prag hat seine allgemein anerkannten Verdienste um die Wissenschaften vermehrt durch die glückliche Entdeckung einer Handschrift auf Pergament in Folio, welche das in der Aufschrift bezeichnete Werk enthält. Die Handschrift befand sich in den Händen eines Wundarztes, welcher bereits mehrere Blätter derselben ausgerissen hatte; Herr Dobrowsky vermuthete aber das Daseyn eines vollständigern und ältern Exemplars in dem Mährischen Kloster Reygern, und diese Vermuthung hat sich vollkommen bestätigt. Das Ganze wird in der von Herrn Dr. Pertz vorbereiteten Sammlung der deutschen Zeitbücher des Mittelalters erscheinen. Herr Dobrowsky hat die Gefälligkeit gehabt, meine Erzählung des Kreuzzugs Friedrichs I. mit der Nachricht des Ansbert zu vergleichen, und die nachfolgenden Auszüge mir mitzutheilen. Die erste Nachricht über diesen glücklichen Fund findet sich in des Freyherrn von Hormayr Archiv für Geschichte, Statistik, Literatur und Kunst (Jahrg. 1825), in welchem auch mehrere Auszüge abgedruckt worden sind.

Die Erzählung des Ansbert (Ystoria de expeditione Friderici Imperatoris edita a quodam austriensi clerico, qui eidem interfuit, nomine Ansberto) ist zum Theil wörtlich übereinstimmend mit der von Canisius (Lection. antiq. T. III. p. 497 - 526.) historia de expeditione Asiatica Friderici Barbarossae; ist aber hin und wieder vollständiger, und die von Herrn Dobrowsky aufgefundene Handschrift enthält auch den Schluß, welcher bey Canisius fehlt. Sie theilt gleich im Eingange zwey Briefe transmarinorum an Archumbald, Meister der Hospitaliter in Italien, und des Herminger an den Herzog

Leopold von Oestreich mit, und endigt sich mit der in Hormayrs Archive mitgetheilten forma conventionis inter Henricum Rom. Imperat. et Liupoldum wegen der Befreyung des Königs Richard Löwenherz, und der Nachricht von dem Aufenthalte der deutschen Pilger in Antiochien und dem Tode des Königs Wilhelm von Sicilien. Das Werk beginnt mit folgender Betrachtung:

Recogitanti mihi desolationem et miserandam captivitatem, qua terra domini et civitas regis regum omnium, quae prius domina gentium et princeps provinciarum exstitit, nunc in servitutem barbaricae saeditatis redacta est, omni Christiano lugendum dignum iudico. Cum enim Christi ad religionis cultum ibi deperisse considero, ubi nostrae salutis origo et fidei katholicae sumpsit exordium; cum etiam eorum laudanda certamina et facta memoriae digna qui pro domo Domini murum se opposuerunt recolo; cum propheta et cum eo, in quo totius prophetiae veritas explicita est, flere compellor. Ipsa etenim veritas et propheta veritatis varias deplangentes eiusdem civitatis ruinas ad luctum nos provocant, cum utique huius nostri temporis planctus causa, omnem priorem superet planctus molestiam. Secundum humanae si quidem exinanitionis dispensationem cum legimus fleuisse Iesum eiusdem iam saepe dictae civitatis ruinas, et sibi compassum esse; speramus quod et in huius suae indignationis ira, quam nostris meritis indubitanter nos contra nos provocasse certum est, propitiaturum nobis, et pia compassione subventurum confidimus. Ipse enim, qui abiecit, miserebitur, et qui percussit, sanabit; ita videlicet, ut nobis superviventibus terrestris Ierusalem restituatur et morientibus pro eiusdem terrae recuperatione aeternae pacis visio in illa coelesti patria, cuius cives se esse per triumphum gloriosi certaminis comprobant, inhabitanda conceditur. Nos itaque inter ceteras et post ceteras, quas saepius passa est graves desolationes, illam, qua anno dñi M. C. LXXX. VII. sub gloriosissimo Imperatore Friderico Romanorum augusto, a Saladino babylonico grassari

cepit ecclesia transmarina, quantum ex veridica relatione eorum, qui huic captivitati interfuerunt, percipere potui, narrare proposui, non historiam, sed lamentabilem trajediam persequi cupientes. Epistolam etiam, quam transmarini cismarinis de hoc ipso lugubri casu scripserunt, in capite huius operis ponere dignum iudicavi.

Der erstere Brief lautet also: Notum facimus vobis, domino Archumbaldo, magistro hospitalariûm Italiae, et fratribus omnia negotia, quae evenerunt ultramarinis partibus. Sciatis igitur, quod rex hierusalem erat aput Saphoram circa festum Apostolorum Petri et Pauli cum magno exercitu, bene cum triginta milibus hominum, et erat bene concordatus cum comite tripolitano, et comes cum illo erat cum exercitu suo. Et ecce Saladinus, rex paganus, accessit ad tabariam cum LXXXta milibus equitum, et cepit tabariam. Hoc facto, movit rex iherusalem de Saphora et ibat cum suis instructus contra Saladinum, et Saladinus venit contra illum aput Marestutiam in die veneris post festum apostolorum Petri et Pauli, et commissum est bellum, totaque die proeliati sunt acriter, sed nox diremit litem. Nocte superveniente, rex Ierusalem fixit tentoria iuxta Salnubiam, et in crastino Sabbato movit cum exercitu suo. Et circa horam tertiam magister templi inchoavit bellum cum omnibus suis fratribus et non fuerunt adiuti perdideruntque permissione Dei maiorem partem suorum. Quo facto, ivit rex cum exercitu suo a Naim quasi leugam unam in manu forti et labore magno, et tunc comes tripoli venit ad regem et fecit eum attentare (die Zelte aufschlagen) iuxta montem, qui est quasi castellum, et non poterant attentare nisi tendas tres. Hoc facto, turci videntes, illos castrametatos, (et) miserunt ignem circa exercitus regis, et adeo magnam habebant calorem, quod equitaturae aestuantes non poterant comedere vel bibere. Exin Baldonius (Balduinus) de farmor et Bachaberbocus de tabaria et Leisius cum aliis tribus sociis separaverunt se ab exercitu et iverunt ad Saladinum, et, quod

dictu miserabile est, renegaverunt fidem et dediderunt se dixeruntque illi conventum exercituum regis iherusalem et angustias eorum. Itaque Saladinus misit super nos techedinum cum XX milibus electorum militum, qui interruperunt exercitum Christianorum bellumque fuit acerrimum inter nonam et vesperam et peccatis nostris exigentibus pluribus nostrorum occisis, devictus fuit populus christianus et fuit rex captus et sancta crux et comes gabula, et Milo de Coladdo et Onfredus iuvenis et princeps Reinaldus captus et mortuus et galterius de Arsun et Hugo de gibelere et dñs de Botrono et dñs de Marachele et mille alii de melioribus capti et mortui, ita quod non evasit inter milites et pedites ultra ducentos. Comes tripolitanus et dñs Basianus et R. dñs Sidonis evaserunt. Hoc facto recollegit Saladinus exercitum et die dominico venit Saphoram et cepit Saphoram et Nazareth et montem Thabor et in die lunae venit ad Acon, quae et acris dicitur; et reddiderunt se illi de Acon. Similiter illi de Caifas et illi de Cesarea et de Cafa, et de Naple, et de Ram, et de Sancto Georgio et de ybellinon et belle fort et de Mirabel et tyronus et Givalerus et Gazer et audurum, omnes se reddiderunt. Hoc facto quando movit Galea nostra de sur miserunt Sabanos ad Saladinum, ut iret iherusalem et redderent civitatem. Et confugimus cum galea ad Lechiam et audivimus quod Tyrus esset reddita. Istae autem civitates adhuc salvatae sunt et exspectabunt adiutorium occidentalis ecclesiae, scilicet iherusalem, Sur, Scalona, Marchart, Antyochia, Lassar, Saona, Triplis. Tanta autem est multitudo Sarracenorum et Turcorum quod a Tyro quam obsident, usque iherusalem cooperuerunt superficiem terrae, quasi formicae innumerabiles et nisi cito residuis et iam dictis civitatibus et reliquis paucissimis christianorum orientalium subveniatur, simili casu ibunt in direptionem gentilium saevientium, sanguinem christianorum sitientium.

In praedicta igitur camporum latissimorum mansione computati sunt isti in exercitu Christi priores et celebriores: Fridericus Rom. Imp. et augustus, et filius eius dux Sueviae Fridericus; episcopi: Rudolfus Leodicensis, germanus ducis de Zaeringe, Gotfridus Wierzburgensis, Leopoldus Pataviensis, Conradus Ratisbonensis, Henricus Basileensis, Martinus Mihfsinensis, Arnoldus Osniburgensis, et duo illi, qui postea supervenerant, Heumo archiepiscopus Tarentasianus, Henricus Tullensis vel Leucorum episcopus, Iazarensis de Ungaria, Hermannus praeterea Monasteriensis, qui tamen tunc ibi non erat, quia in legatione domini Imp. ad constantinopolitanum regem cum sociis suis praecesserat, venerabilis quoque abbas Agmundensis Isinricus. Praeterea dux Dalmatiae idemque Marchio Istriae Pertholdus, Pertholdus Marchio de Voburg, Hermannus Marchio de Badin, comes magnus de Holland Florentinus et filius eius et frater eius, Otto comes de Bentheim, Henricus comes de Seien, Henricus comes de Spanheim, et frater eius senior, Henricus comes de Chunich (oder Churich), Dietricus comes de Widen, Engelbertus comes de Berge, qui in itinere apud Gũm in fine Ungariae rebus excessit humanis. Henricus comes de Sarbrukke, Fridericus comes Abinbach, Poppo comes de Hernibach. De Svevia Chunradus comes de Ottinge, Olricus comes de Chiebach et frater eius Adilbertus comes de Dilingen, Bertholdus comes de Newenbach, Henricus comes de Verigen. De Bavaria comes Gebehardus de Talinstein, Sigfridus comes de Leubrowe, Chunradus comes de Dornberg, Chuno comes de Walchinstein. De Saxonia Adolphus comes de Schombach, Christianus comes de Altenbach, Luiboldus comes de Holrmunt et frater eius Willibrandus, Bunhardus comes de Waldinrode. Item Rupertus comes de Nossowe, et cognatus eius Walrob comes, Henricus iunior comes de Chietse, qui cum episcopo Monasteriensi functi erant legatione Imperatoris in Graecia (s. oben). Praeterea comes de Salm, et Irale comitis de Mant, qui exercitum subsecuti apud Brandicz primo superve-

nerunt, et cum eis plures civium Metensium. Item Gabpertus de Aspermont cum suis sociis, qui cum episcopo Tullense in fine Bulgaria supervenerunt. Isti vero de nobilibus meliores fuerunt. De Saxonia Praefectus Magdeburgensis et Windichint de Swolmsech, Lutkerus de Wadilbach. De Carinthia et Marchia Luiboldus de Waldstein, Adilbertus de Wihfsilbach. De Austria Fridericus advocatus de Perge, Otto de Rombspach. De Bavaria Diepoldus Luikinbach, Henricus de Grunnebach, Hodbrandus de Arnspach, Poto de Massing, Chunradus de Horbach, Arnoldus de Hornbach, Peringens de Gambach, Adilbertus de Pinkbach. De Svevia et Alsatia Cunradus de Schwarzinbach, Hermannus de Hirsbach, Bertholdus de Kunigisbach, Heinricus de Sirbach. De Franconia: Adilbertus de Hiltinbach, Adilbertus de Grunibach, Albertus de Hohinloh, Eberhardus, Eberhardus (zweymal) et Reinoldus de Rietenbach, Heinricus de Hagen. Ministerialium vero et aliorum electorum militum terribilem et ordinatam aciem per singulos quis dinumerare sufficiet? Unmittelbar hierauf nennt er diejenigen, die das Kreuz angenommen, aber dießmal zurückgeblieben: Isti proh dolor, ex principibus signatis christianae militiae diversis occasionibus bellorum domesticorum et antiqui hostis irritamentis retro abierunt et voti sui violatores et radicem non habentes, a via Christi in tempore tentationis recesserunt. Philippus rex Franciae, Henricus rex Angliae, comes Flandriae, Otto qui et Chunradus dux Boemiae, dux de Lovin, dux de Lintbach, episcopus Spirensis, episcopus Cameratensis, comes de Ion, comes de Gulich, comes de Lar, comes de Duracz, comes de Hohinstal, comes de Perfirnit, quod tandem a nostris signatis et animo constantissimis et quaeque pericula subire paratis — — — admodum parvi pendebatur.

[Diech S. 54 ist fehlerhaft, weil man nicht Diech, sondern Diecz lesen muß. h ist z. Die Handschrift des Ansbert liest Diez ganz richtig. (Vgl. H. B. Wenck hess. Landesgesch. Th. I. S. 537—539. W.)]

Zur S. 59. Diejenigen, welche die Meerfahrt vorzogen, werden genannt: Bremensis vero episcopus et Landgravius Thuringiae et Comes de Gelr et Comes de Tekkenbach (Teklenburg) navigationem transmarinam elegerunt, quod tum in eis, quam in aliis multis nostratibus, quos pudor est nominare, fuit notabile, quod laborem expeditionis huius laudabilis detrectavere, compendiosam navigationem, quae minus hostilis timoris paganorum habuit, praeferentes, dum in aliqua civitatum Christianis relictarum nostrorum ignaviter operiebantur adventum, licet postea praeclara virtutum insignia de Landgravio in Ierosolymitanis partibus audiverimus.

S. 56: neue Ordnungen. Davon spricht Ansbert und sagt: quas leges ad posterorum notitiam et aedificationem huic operi inseruimus. Ist aber nur der Anfang davon hier (in unsrer Handschr.) zu lesen: In nomine Patris et filii et spiritus sancti. Talis est ordinatio de pace servanda iuxta formam et tenorem harum literarum, ex voluntate domini Imperatoris accedente etc. Alles übrige hat der böhmische Abt Gerlach, der die Expeditionem Friderici von Ansbert in seine Chronik aufnahm, nicht abschreiben lassen. Nach diesen Anordnungen vigebat pax, fides, concordia, summaque tranquillitas — doch fehlte es nicht an Excessen: Aliqui vero peregrinorum, qui socios vulneraverunt, manu statim sunt truncati iuxta leges sancitas. Nonnulli etiam accusati de foro infracto iussi sunt decollari.

S. 58: nach Gran — in octava Pentecoste scilicet II. Nonas Iunii — Regina quoque Ungariae *Margarita soror regis Franciae* tentorium duplex admirandae venustatis et magnitudinis, interius quidem quadricameratum, et rubeo panno decenter coopertum, opansum vero exterius super illud, quod dicameratum dixi, obtulit Imperatori. —

In sola igitur commutatione denariorum vel argenti Ungari graviter nostros angariaverunt, quippe qui pro duobus Coloniensibus V. tantum suos, et pro duobus Frisacensibus IIII.

dabant Ungaricos et pro Ratisponense unum tantum Ungaricum, qui vix Veronensem valebat. —

Ibi etiam (S. 62: König Bela kam) rex Ung. muneribus dominum Imperatorem per *nuncios* (NB.) honoravit. Bela kam also nicht selbst. —

Aliud vero negotium aperiebant Domino Imperatori primitus etiam agitatum agentes precibus, ut in sui praesentia imperiali auctoritate terminaretur, scilicet, ut filia illustris ducis Dalmatiae in matrimonio filio suo daretur. Quae petitio ad beneplacitum Imperatoris et consilio principum dignum sortita est effectum, quoniam praenotatus Dux Perhtoldus ipsam suam filiam in primo S. Georgii festo in partibus Ystriae memorato iuveni *Tochu* dicto se assignaturum, eo pacto quod idem *Tohu* et sui ex filia ducis Berhtoldi haeredes mortuo patri in plenitudine potestatis prae omnibus suis fratribus succederent, quod etiam pactum ipsi comites datis dextris firmaverunt. Jetzt spricht er von den Anlässen und Ursachen, welcher wegen die servischen Fürsten den Griechen Länder abnahmen, unter Andronik, Isakius — Zerrüttung des griech. Reiches.

S. 75: mit funfzig. Ansbert hat plus quam quinquaginta una cum signifero suo. Die übrigen flohen.

S. 76: ad civitatem opulentissimam *Veroy* dictam, et a Paganis et Turcis tributariis Constantinopol. possessam destinatus est (der Herz. von Schwaben) expugnare. una cum consanguineo suo *Bertholdo* duce. —

S. 77: reichen Beute. Ansbert nennt frumentum et ordeum, farinam et vinum, boves et oves, abundatissime capesserunt, diversarumque copiam vestium pene usque ad fastidium collegerunt et per IV dies inibi considentes ad nostros onusti praeda sunt reversi.

Der Marschall Henricus de Challintin (S. 75: von Kelten) bezwingt das Schloß Sc̄bention (Scerb- oder Scrib-), dahin setzt er eine Besatzung. Auf diesem Bergschlosse war ein Kloster, dessen Abt ein Irländer war, diesen brachte man zum Kaiser — quem deinceps Dom. Imp. familiariter penes se et

in spatio cum honore studuit tractare. Pataviensis quoque episcopus, ducisque Meraniae Marschalus, socius Domini sui, militari agmine civitatem quandam *Bandouey* dictam bello aggressus est — die sich endlich ergibt. Similiter urbs *Pernis* dicta firma admodum nostrorum se arbitrio dedit. Ita in brevi tres, quas praediximus, civitates, etiam *decem* circiter castella cum omni circumiacentium regione obtinuit Christi ac S. crucis exercitus. Also nicht zehn Städte, wie es S. 77 heißt.

Igitur Armeni et quidam ex Bulgaris, qui partem terrae illius sub tributo incolebant, kommen zum Kaiser, bitten um Frieden, praestito quoque fidelitatis ac subiectionis iuramento. Sie erlangen den Frieden eo pactu, ut forum rerum venalium apud Philipopolim exercitui, quamdiu ibi consisteret, praepararent, quod et illi fideliter perfecerunt.

S. 78: wünschte den Frieden. — Imp. de captivitate illustrium nunciorum suorum anxius, dissimulata pro tempore Graeci Imp. fastuosa et Rom. imperio admodum indigna legatione ac dolosa versutia binos discretos nuncios scilicet *Wernerum* Canon. S. Victoris Moguntiae et discretum *Godefridum* militem rursus transmisit Constantinopolim — Sie sollten den griech. Kaiser überzeugen, quod Comiti de Servia, adversario Graeciae, der zum K. bey Nissa kam, nunquam vel Bulgariam vel aliquam terram ditionis Graecorum in beneficio dedisset, nec cum aliquo regum aut principum adversus regnum Graeciae conspirasset. — Sie sollten ihm zu Gemüthe führen, was er durch seinen Kanzler zu Nürnberg versprach, und nicht hielt, daß er seine Gesandten gefangen zurück hielt u. s. w. Duobus itaque istis secundariis nunciis non modo per longum tempus usque ad desperationem reditus ipsorum retentis, tandem post multas ambages et dolosa figmenta literarum et nunciorum ex parte Graecorum praeoptatos diu nuncios episc. videl. Monaster. Hermannum, et ceteros praescriptos cum aliis electis militibus a vinculis absolutos cum duobus secundis legatis per divinam potentiam recepimus, qui et cum ingenti totius exer-

citus gaudio et solemni omnium occursu quinta Kal. Novemb. apud Philipopolim nobis sunt associati. O! quantas lacrimas. — — Mit ihnen kamen auch der Kanzler und andere Magnaten von Seiten der Griechen (vergl. S. 81.) Venerunt autem et cum eis honoratiores Graecorum, scilicet Cancell. Imp. Constant., et alii quatuor proceres, quos Graeci Sebastos soliti sunt nuncupare, transmissi a Domino suo, qui tanquam rebus omnibus bene gestis, transitum per Hellespontum, et promissum diu forum et iustum concambium in instanti praeparatum in dolo pollicebantur. Den zweyten Tag nach ihrer Ankunft (IV. Kal. Nov.) coadunatis Principibus et Clero ac militibus recitabant iidem nuncii miserabilem tragoediam suae ignominiosae captivitatis — unter andern qualiter Graec. Imp. super dolorem vulnerum ipsorum adiiciens, equos admissarios, quos meliores habebat, nunciis Saladini Saraceni dono dederit, quos etiam illi ostendentes et hac illaque girantes super cervices eorum insultando reflectebant. Referebant praeterea, qualiter Patriarcha — festis diebus in declamatione ad populum peregrinos Christi *canes* nominaverit, und gepredigt habe, daß wer 100 Kreuzfahrer erschlägt, a reatu priorum homicidiorum et omnium delictorum suorum liber esset et absolutus. His ita lugubriter recitatis legati Graecorum admissi sunt — der Kanzler übergibt epistolam plenam fallaciis et dolis, in qua quidem fori apparatus et transitus per Hellespontum inter Abydon et Siston civitates exercitui Christi *verbotenus* promittebantur, sed in ore eorum non erat veritas. —

S. 85: unangemessene Weise — Der Griech. K. nannte den Deutschen Kaiser nicht Imperatorem Romanum, sed regem tantum Alemanniae. Hierauf die scharfe Rede Friedrichs, der unter andern sagt: mirandum est admodum, cur frater meus Dom. vester Constant. Imperator usurpet inefficax sibi idem vocabulum et glorietur stulte alieno prorsus honore, cum liquido noverit me et nomine dici et re esse Frid. Rom. Imp. semper Augustum. — — neque dissimulabo, quod idem Dom. vester stulta elatione *priore* sua legatione gratiam unam mihi

demandaverit, cum ego teste omni mundo nullius quidem hominum, sed solius Dei omnipot. gratia indigeam et bonorum hominum apud Deum intercessionibus. Cumque ad nuncii obiecta minime se sufficere respondere assererent et per varias ambages et incertas promissiones animum Imperatoris tentarent illudere, nec perficerent sub tenore praescriptae responsionis, inefficaciter ad sua sunt reversi. Ipso vero sermone vel responso suo Dom. Imp. Constantin. Imperatorem aliquantum correxit — im zweyten Briefe nannte er ihn generosissimum Imperatorem Alemaniae, im dritten et deinceps nobilissimum Imperat. antiquae Romae, ut infra in rescripto salutationis epistolae ipsius perspicuum est cernere:

Ysaakius in Christo fidelis, divinitus coronatus, sublimis, potens, excelsus haeres coronae magni Constantini et moderator romeon Angelus: Nobilissimo Imperatori antiquae Romae, Regi Alemaniae, et dilecto fratri Imperii sui, Salutem et fratern. affectionem et dilectionem etc.

Als man sich anschickte, von Philippopolis weiter zu ziehen, kam ein Gesandter vom K. von Ungarn mit einem Briefe, worin verlangt wird, daß den Ung. die Erlaubniß zurück zu kehren nicht versagt werden möchte. Der Kaiser Fr. verschob die Antwort, da er eben von Philip. abziehen wollte.

S. 88: und vier Bischöfen. Ansbert nennt nebst den vieren auch den Erzbischof Tarentasianum — relictis quoque ibi ex magna parte oneribus sarcinarum. — His ita ordinatis Nonis Novemb. exivimus Philipopoli et versus Adrianopolim iter arripuimus — tertia die venimus ad oppidum *Blisimos*, ubi per VII dies morati sumus, weil der Kaiser cum paucis wieder nach Philip. zurück ging, und secretiora quaedam communicavit principibus, quos ad custodiam civitatis dereliquerat. Als sie nun weiter zogen und nicht mehr weit von Adrianopel waren, communi consilio agmen Ungar. — ad patriam et Dom. suum regem reverti permisit Dom. Imperator. Tribus igitur tantum comitibus vel Baronibus Ungaris cum

sociis suis nobiscum remanentibus, sex comites cum omnibus aliis et cum episc. Iazarensi retro reversi sunt ad propria XIII. Kal. Decemb., cum quibus Dom. Imp. binos nuncios transmisit, alterum quidem ad filium suum illustrem Regem Rom. et principes Imperii, qui statum suum et exercitus eis significaret, et alterum ad regem Ung. direxit, dolos et fallacias generi ipsius Constantinop. videlicet Imperatoris et e converso suimet e' fratrum suorum omnium peregrinorum Christi innocentiam illi plenarie proponens, qui nuncii prospero itinere circa nativitatem Domini apud civitatem Ungariae, quae teutonice Czilnburg dicitur, ad regem Ung. pervenerunt. Das Heer, die griechischen Scharen verfolgend, kam zu Adrianopel X. Kal. Decemb. an, et item vacuam velut reperientes ingressi cum gaudio inhabitare ipsam cepimus et tempus hyemale in ea transegimus. Interim venerab. Chunradus Ratisbon. episc. duce quodam peregrino cive Ratisbonensi, graecae linguae ac provinciae gnarus (sic, etwa gnaro) urbem *Probaton* dictam armata manu Graecis aufugientibus occupavit et abundantiam omnium necessariorum sibi ac sociis suis non segniter ibi conquisivit. Post haec praeelectus dux Alemaniae, filius Imperatoris, *Timoticon* urbem munitissimum fortioribus et animosioribus Cumanis et Graecis possessam bellica virtute aggreditur. — Hugo quidam miles de Wormatia besteigt der erste die Mauer cum vexillo suo, — in hostes constanter ruit, quem signifer ducis idemque Marschallus *Diemarus* nomine, ceterique milites porta civitatis viriliter effracta insecuti urbem potenter expugnaverunt VIII. Kal. Decemb. Man verlor nur 3 milites — tödtete aber ultra mille et quingentos. — In praeda urbis quidam militum nostrorum tres equos suos recognovit, qui in Bulgaria sibi violentia praedonum ablati fuerunt. Vergl. S. 91. Reperta est ibi olla ingens — vino plena, quod veneno atrocissimo erat fucatum — es schadete den Pilgern nicht, wohl aber den Griechen, die davon tranken. — Pari modo, dum dapifer et pincerna Imperatoris cum sociis suis occupassent castellum *Nikiz* dictum, quod cum omni circumiacente regione

in toxici vel veneni confectione Constantinop. Imperatori servire dignoscitur, et a ductoribus seu interpretibus Graecae linguae praemoniti essent, ut vinum terrae illius summopere vitarent — idque publico edicto promulgatum fuisset, pueri nihilominus militum vel clericorum, solita freti constantia, imo Dei misericordia redditi intrepidi, vinum confidenter biberunt, Dominisque suis postea obtulerunt, quo et illi tandem usi in nullo sunt laesi — man zwang aber einen Griechen, es zu trinken, der ward blaß, fing an zu schäumen, die Augen zu verdrehen u. s. w. Cognitum fuit a nostris, quod ab introitu Bulgariae et deinceps venenum nobis saepius fuit procuratum, sed Dei clementia illud nobis mutatum in antidotum salutis. (Es scheint vielmehr, daß der unschädliche Wein nicht vergiftet war.)

S. 94: Herzog Bertold — abgesandt. Dieß geschah VII. Idus Decemb. — Vor ihrer Ankunft S. 94: ante transmissorum igitur sociorum nostrorum adventum ad Philipop. Pataviensis episcopi militare agmen apud *Bacon* cum agmine cum agminibus Graecorum congrediens et plurimis eorum occisis, victoriose regrediens, dum incautius agitur et repente Graecorum insidiis circumvenirentur et quatuor quidem milites aliorum sed XIV ex nostris trucidantur. Mox ut dux Dalmatiae et socii sui supervenerunt in ultionem sanguinis fraternorum cohortes Graecas requisierunt, quas item apud *Bacon* coadunatus et exinde ad Philipopolim processuras, ut socios nostros inibi constitutos de terra delerent, cognoscentes constanter irruerunt in eos et in congressione plus quam trecentos ex eis iugulaverunt. In regione *Gradhia* (S. 93) dicta in manu forti visitantes invenerunt in picturis ecclesiarum et aliarum aedium Graecos cervicibus peregrinorum insidentes et more inimicorum eos infraenantes, quapropter nostri efferati ecclesias quam aedes incenderunt et perplures in ore gladii percusserunt, omnem etiam terram ipsam ingenti praeda vastaverunt.

S. 95: Beute und Abenteuer. — Fridericus advocatus de Berge mit seinen sociis überstieg eine Alpe, bezwang die Feinde, invasit regionem opulentam *Flachiam* dictam, non multum a Thessalonica distantem, in qua rebelles aliquot occidit abundantiamque necessariorum plus quam revehere sui potuissent, invenit, quam episc. Pataviensis et dux Dalmatiae cum armata manu prosecuti et ipsi suos terra capta ex praeda hostium onustaverunt. Ein bulgarischer Iuppan oder Satrapa erhält Frieden (a duce et advocato), weil er einen Ritter, der von Räubern gefangen war, dem Herzoge zurück gab. Praeterea Arnoldus de *Hornberg* — cum XVI tantum armatis sociis — inter quos erat Leodicensis Germanus Comitis de Clawien, als sie sich an den Grafen von Holant, der sich gegen einige Griechen und Kumanen rüstete, anschließen wollten, werden von mehr als 300 feindlichen Reitern umgeben, XVII cum trecentis fere congressi, et tribus eorum magnatibus occisis, tribus etiam ad terram prostratis et multis sauciatis et sex equis eorum ablatis reliquos omnes in fugam dextera Domini faciente virtutem converterunt. Et haec quidem circa Philippop. gerebantur. Inter haec —

S. 95: Fried. wünschte nichts sehnlicher — serenissimus Imperator, licet longe superior esset in bello adversus Graecum Imperat., quod ipsi sibi stulte induxerat, memor tamen simplicis propositi contra invasores S. civitatis Ierusalem, super exilii nostri in Graecia infructuosa prolongatione taedio magno affectus, quippe qui christiani sanguinis effusionem medullitus abhorrebat, quem tamen vellet nollet fundi in his periculis oportebat, per literas et nuncios Imp. Constantinop. convenit, ut quoniam in priores legatos suos inique egerit, fidem adhuc faciat de pace et securitate nunciorum, qui inter utrumque pacem componant, si tamen eam amplectatur, ut concordia inter utrumque Imper. redintegrata et certitudine nobis per obsides electos facta transitur et fori protinus a terra sua exercitus Christi recedant — quod Graecus Imp. libenti

et ardenti animo admisit, quippe qui terram suam et civitates resistere non valentes a nostris videbat vastari.

Zu S. 314. Ubi (Antiochiae) cum post tantos labores ac tantam inediam et famis cruciatum requiescere et foueri vellent, tanta mortalitas et pestilentia principum facta est, ut indifferens interitus tam nobiles, quam pauperes tam senes quam iuvenes, indifferenter raperet, ita quod nec aetas, nec conditio vix aliquem eriperet, inter quos prudens et venerabilis episcopus Herbipolensis Gotfridus, cuius industria totus exercitus domini regebatur, cum aliis episcopis et principibus, quos longum est enumerare, raptus est et ibidem sepultus. Ipse siquidem fidelibus suis, qui morti suae interfuerunt, adhuc vivens iniunxit, ut post mortem suam dextram manum amputatam Herbipolim reportarent, quatinus eius memoria ibi non periret et in ecclesia illa semper vigeret, quam eadem manu ad laudem divini nominis illustraverat, sed portitoribus in via ablata est. Reliqui vero, qui tantae cladi superstites ibidem remanserant, cum saepe dicto duce Sueviae, qui vicem paternae strenuitatis et potestatem ordinandae militiae dñi susceperat, navigantes Ptholomaidam, quae et Acona dicta est, pervenerunt, ubi totus exercitus crucis Xti coadunatus est. Ubi etiam tam illi, qui prius in obsidione eiusdem civitatis, quam Turci munierant et acriter defendebant, inmorati sunt, quam et illi, qui supervenerunt, miserabiliter interierunt. Credere posset, qui tantae mortalitati interfuit, quod finem tunc accepisset res humanae, sed ut propheta ait, foris vastabat gladius, et domi mors similis erat, inaudita pestis et pestilentia omnes totaliter stravit, ut etiam illi, qui Antiochiae (vitam) nunc non finierunt, dilationem mortis suae querentes et in aegritudine sua Aconam navigantes, ibidem obierint, et hi, qui in obsidione eiusdem civitatis agrotantes inmorati sunt, simili morte raperentur, inter quos dux Sueviae, atrocissimus athleta dei factus et timor Sarracenorum, cum aliis nobilibus divini certaminis pro-

pugnatoribus obiit *). Et quamvis alii serius, alii citius ad eadem fata raperentur, omnes tamen una lex necessitatis stravit. Inter quos etiam venerabilis Pataviensis eps̄ Diepoldus de sanguine imperialis propaginis ortus, viam universae carnis cum aliis intravit. Canonici vero et clerici suae ecclesiae secum obierunt, alii apud Aconam, Tegno et sui socii apud Tripolim. Obiit autem praefatus eps̄ Diepoldus idus Nov. ceterorum vero principum dies obitus, quia tam frequens et tam crebra fuit m. al. diem diei accumulavit fatalem, nequaquam notare potuimus.

Zu S. 611.

Brief des Königs Philipp von Frankreich an den Herzog von Oestreich.

Phylippus dei gratia franc̄ rex karissimo amico suo nobili duci austriae, salutem et sincerae dilectionis plenitudinem. Quonia̅ quum perverse et contra Deum et contra hominem Rich̄ impiissimus rex angliae in transmarinis partibus vixerit et fecerit oculo ad oculum vidistis et audistis, singula vobis ad memoriam non oportet reducere. Verum scimus vos fixa tenere memoria, quod Rich̄ chunr̄ marchionem et dominum Tyri, qui usque ad supremum diei exitum defensor et columpna Christianitatis extitit, sine causa et nullis praecedentibus meritis consanguineum quondam nostrum karissimum et nostrum per assessinos crudeliter fecit interfici. Modis igitur omnibus quibus possumus preces ex intimo cordis affectu procedentes vobis porrigimus, quatinus intuitu misericordiae dei et respectu cuiusque servitii quod unquam vobis potuerimus exhibere, praedictum Richardum sub arta teneatis custodia, nec aliquo modo eum liberetis donec vobis et nos cum illustri rom.̄ imperatore ore ad os aut per nuncios de latere nostro locuti fuerimus. —

*) Marg. hoc anno claustrum nostru̅ in Mgt conbustum est.